Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

hora iudicii eius : et adorate eum qui fecit
celum et terram mare et omnia que in
eis sunt et fontes aquarum. Et alius an
gelus secutus est dicens. Cecidit ce
cidit babylon illa magna : que a uino
ire fornicationis sue potauit omnes gentes.
Et angelus tertius secutus est illos
dicens magna uoce.
Si quis adorauerit bestiam illam et
ymaginem eius : et acceperit caracterem
in fronte sua. aut in manu sua : hic
bibet de uino ire dei. qui mixtus est
merro in calice ire ipsius : et cruciabi
tur igne et sulphure in conspectu age
lorum sanctorum et ante conspectum agni
et fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum
ascendet. Nec habent requiem die
ac nocte qui adorauerunt bestiam
et ymaginem eius : et si quis acceperit
caracterem nominis eius. Tu ad.
Hic patientia sanctorum est : qui cu
stodiunt mandata dei et fidem ihu.
Et audiui uocem de celo dicentem.
Scribe. Bti mortui qui in domino mo
riuntur. Amodo iam dicit spiritus. ut
requiescant a laboribus suis. Opera en
illorum sequuntur illos. Et uidi : et
ecce nubem candidam : et super nube
sedentem similem filio hominis : ha
bentem in capite suo coronam auream
et in manu sua falcem acutam. Tu.
Et alter angelus exiuit de templo :
clamans uoce magna ad sedentem
super nubem. Mitte falcem tuam et
mete : quia uenit hora ut metatur
quia aruit messis terre. Et misit
qui sedebat super nubem falcem suam
terram : et messuit terram. Et alius an
gelus exiuit de templo. quod est in cela.
habens et ipse falcem acutam : et ali
us angelus de altari qui habebat potestatem
super ignem et clamauit uoce magna
ad eum qui habebat falcem acutam
dicens. Mitte falcem tuam acutam :
et uindemia botros uinee ire. quoniam
maturi sunt uuae eius. Et misit an
gelus falcem suam : et uindemiauit
uineam terre. Tu. Dominica. mis. an.
Alla alla alla p. Benedicamus domino. cap.
Omnis : Omne datum optimum
et omne donum perfectum de
sursum est descendens a patre
luminum. apud quem non est mu
tatio. nec uicissitudinis obum
bratio. Do. E. Narrabo nomen tuum.
Vita sanctorum. Gaudete iusti in domino. an. Iterum
autem uidebo uos alla et gaudebit. Oro.
Deus qui fidelium mentes unus
effecis uoluntatis. da populis tuis a
mare quod precipis. et desiderare quod
mandas : ut inter mundanas uari
etates. ibi nostra fixa sint corda : ubi
uera sunt gaudia. Per. suffragia. et
ad compl. uers. Inuitat. Alla alla alla
p. Venite. Vita sanctorum. Par nobis. Pro
Quia quas. Hystoria. Hi obliti
cantatur usque ad Ascensionem dni.
Iacobus dei et domini nostri ihu xpi ser
uus : duodecim tribubus que sunt
in dispersione salutem. Omne gau
dium existimate fratres mei : cum
in temptationes uarias incideritis.
scientes quod probatio fidei uestre pa
tientiam operatur. Patientia autem
opus perfectum habeat : ut sitis perfecti
et integri. in nullo deficientes. Si quis
autem uestrum indiget sapiam. postulet
a deo qui dat omnibus affluenter et
non improperat : et dabitur ei. Poslu
let autem in fide. nichil hesitans. Qui
enim hesitat. similis est fluctui maris.
qui a uento mouet et conuertitur.